



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Parallelia Geographiae Veteris Et Novae

Parallelia Geographica Italiae Veteris Et Novae

Briet, Philippe

Parisiis, 1649

Nvm. 8. De Hirpinis.

urn:nbn:de:hbz:466:1-13120

ignominiæ testes, quam postea tamen iidem Rom. Samnitum sanguine eluerunt, dedecore obruerunt: ait idem Florus cap. 16. lib. 1. ornatos fuisse armis aureis & argenteis, & veste discolori usque ad ambitum. Quid fecerint in bello Sociali diximus in Marsis. Cetera ex Liuio repetes.

FINES. Ab Occidente separantur à Campanis Vulturno Fl. à Septentrione à Pelignis Fl. Sagro; ab Oriente à Frentanis & Apulis; à Meridie Hirpinis, & Campanis.

NVM. 8. De Hirpinis.

NOMEN & ORIGO. Consanguinei Samnitum fuere Hirpini, atque adeo pars: quare Strabo lib. 5. Σαμνῖται; additque accepisse nomen à Lupo Coloniae ductore, quia Samnites Λύκοι, λύποι, appellant. Prima eorum mentio fit apud Polybium & Livium in historiâ belli secundi Punici, tumque defecisse dicuntur ad Pœnos, cum antea in bello Samnitico nusquam nominati reperiuntur.

FINES. Ab Occidente Sabato Sabato Fl. separantur à Samnitibus, itemque ab eius fonte montibus procurrentibus à Campanis disiunguntur; à Meridie alio montium tractu à Picentinis; à Septentrione iugis Apennini à Samnitibus; denique ab Oriente Apulis sunt termini.

§. 4. Geographica Samnitum omnium descriptio.

NVM. 1. Picentes, seu Picenum, hodie parties de la Marche d'Ancone, & de l'Abruzzo Ulterieure.

YERVM, seu	ANCONA: hodie <i>Ancona</i> , nobis <i>Ancone</i> ; à cubiti flexura nomen habet, condita est à Siculis, ideo Dorica à Iuuenali dicitur. HUMANA: hodie <i>Rouine di Humana</i> , non procul à <i>Sirolo</i> ; à Siculis condita; Plinius & Ptol. <i>Numanam</i> vocant. PICENVM vrbs à <i>Pico</i> condita, concidit, eius ruinas indigenæ indicant non procul à <i>Firmo</i> , ad ostium fluuioli <i>Letæ</i> . POTENTIA <i>Colonia Ro.</i> incolæ <i>Potentini</i> , deducta V. C. an. 568. sita est ad Fl. cognominem <i>Potentia</i> , & hodie di-
-------------------	---------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------